



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCXCV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Dueni.

ait Paul. de Citadi. vbi adducit quam plura pro eo, in tracta. iura patrona. in iii. par. quest. xiiii. nu. 22. Eandem regulam, vbi ea ex-
minat, & quam plura etiam pro ea allegat, ponit Cæsar Lambertus
in tract. de iure patrona. in j. par. j. lib. artic. ii. q. iiii. prin. num. i.
cum aliis, fol. 28. col. 4.

Hanc regulam ampliat duodecim modis, vbi eas latissime ex-
minat, & limitat quatuor modis. idem Lambert. in d. tract. iuris pa-
tro. in j. par. primi lib. in xiiii. artic. iiii. q. prin. fol. xxxij. col. j. nu. i.
vsque ad fi.

REGVLA CCCXCV.

FVNDI parte apprehensa, censetur possessio totius fundi appre-
hensa. Hanc regulam probat tex. in l. possideri. ff. de acquir. poss.
& in l. vulgaris quest. de fur. & rationem huius regulæ ponit Socius
ibi nu. 37.

Hanc regulam ampliat quatuor modis, & limitat vno modo V-
dari, Zasius in d. l. possideri, nu. 20.

REGVLA CCCXCVI.

FVNDVS datus filix spurix in dotem vel pro alimentis, post
eius mortem reuertitur ad patrem, vel ad hæredes eius. Hanc re-
gulam ponit Bal. n. l. eam quam numero 41. C. de fideicom. vbi di-
cit, quod legatum factum filix spurix pro alimentis, non transit ad
hæredes spurix: quia non ratione proprietatis, in qua non valet lo-
gatum, nec ratione alimentorum, quia cum vita exstinguuntur.
cum 2. in §. si vni. ff. de transact. & l. dominus, in §. si ff. de usufructu.
sequitur Decius in cons. 311. num. 4. vbi dicit quod pro ista conclusio-
ne est tex. in l. 1. & ibi Bar. C. de natura. lib. Eandem opinionem
sentit idem Bal. in d. §. si vni. & in repe. l. si ff. de his quib. vt ind. qui
sequitur Io. Baptista Caccialupis in repe. l. si qua illustris, numero
91. C. ad Officia. Pala. Ruuios in repe. c. per vestras. §. 24. incipien-
ti in constituenda tamen dote, vbi plura pro hoc adducit in num. 4.
cum aliis.

Hanc regulam limitat quatuor modis Bermondus in tract. de pu-
blicis concubinariis. pag. 341. a nu. 60. vsque ad nu. 62. quas limita-
tiones ante eum declarando supra dictam regulam posuit Pala. Ru-
uios vbi supra.

Et ibi Pala. Ruuios addit aliam, & quintam limitationem, scilicet
quod non procedat de iure regio, quia cum hodie sit taxatum quod
parentes possunt relinquare filiis spuris quintam partem bonorum,
vt in l. viiii. & x. Tauri, ipsi filij spurij tam in vita quam in morte
possunt ad libitum disponere, etiam quantum ad proprietatem. Ita
tenet Pala. Ruuios vbi supra, numero 10. doctor. in d. l. ix. & 10.
Tauri.